Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

redimi mundum de dyaboli potestate. Egredimini
ergo hoc est exite a tenebris infidelitatis. et
videte hoc est mente intelligite. quia ille qui
ut homo patitur verus est deus. Vel etiam
egredimini extra portam civitatis vestre
ut eum in golgatha monte crucifixum videa
tis. ¶ Quam pulchra es amica mea
quam pulchra es. Bis repetit quam pul
chra es in opere videlicet et predicatione. In o
pere quia michi fedum michi meis odis
indignum agis. In predicatione. quia ad con
siderandum incarnationis mee mysteri
um. etiam sodales tuas filias iherusalem
invitare non cessas. Oculi tui colum
barum. Per oculos intellectus acumen sensus
spiritualium. quibus divina et sempiterna
contemplatur ecclesia. Columbe autem oculi esse
comparantur propter spiritalem gratiam. quia spiritus sanctus
in specie columbe apparuit. ¶ Sequitur. Absque
eo quod intrinsecus latet. id est absque
superne retributionis gloria illius quam in
fine seculi es perceptura. quam etiam et si in pre
senti presentem contemplaris. latet tamen
intrinsecus. nec in puncti vidi potest. sed in
futuro seculo perficietur. ¶ Capilli tui sicut greges
caprarum que ascenderunt de monte gala
ad. Per capillos esse subtiles cogitatio
nes accipiuntur. quibus temporalia ple
rumque disponuntur. Comparantur gre
gibus caprarum. quia hec animalia munda sunt
et in rupibus sive excelsis locis pas
cuntur. quia cogitationes sanctorum. et si pro
corporalem necessitatem in temporalibus fi
unt. tamen ab eternorum intentione non rece
dunt. et in ipsa etiam cura quam ne
cessitati corporee impendunt. quasi
celum semper intuentur. Possumus et
per oculos doctores esse et predicatores
accipere. qui in corpore cuius caput christus est sum
mum locum tenent et celestia atque spiritualia
preceteris mentibus intuentur. Per capillos
vero innumeram multitudinem simplicium

ac spiritualia

fidelium in laycali ordine constitutorum.
que et si minus videntur spiritualia sua
tamen multitudine et numerositate magis
decus esse probantur. Et bene gregibus comparantur
caprarum. Capra peccatoribus convenit.
per quod significantur plebes fidelium actionibus
seculi dedite. que sine peccato agi non possunt
Unde sequitur. Que ascenderunt de mon
te galaad. Galaad acervus testi
monii interpretatur iuxta litteram. ideo quia cum ia
cob rediret de mesopotamia persecu
tus est eum laban. et die tertia repperit eum monte galaad
ibique in testimonium mutui federis acer
vum lapidum erexerunt. Significat acer
vus testimonii christus est. in quo multitu
do consistit fidelium omnium sanctorum qui ut
lapides vivi adherentes illi uno la
pidi. de quo petrus dicit. Ad quem ac — petrus
cedentes lapidem vivum et ipsi tamquam
lapides vivi superedificamini. Gre
ges caprarum de monte galaad ascen
derunt. quia multitudines sanctorum ad
excelsa virtutum conscendunt. et christi doc
trinam in omnibus sequi satagunt. ¶
Dentes tui sicut greges tonsarum ovi
um que ascenderunt de lavacro. Sicut
per capillos esse innumerabilis multitudo
simplicium fidelium intellegitur. ita per poten
tes esse doctores intelliguntur. Qui nobis
non cibos commolliunt. scilicet doctores. Unde
dentibus comparantur. quia spiritales
cibos quos simplices capere nequ
eunt. ipsi quodammodo in exponendo con
minuunt. Dens esse precipuus erat
petrus. cui dictum est in visione. Sur
ge et occide et manduca. Acsi diceret
Eos quos ad fidem convertis occide
ab eis quod sunt ut desinant esse pec
catores. et manduca. hoc est in tuam for
mam in corpore ecclesie. Bene autem hii dentes
ovibus tonsis et lavacro lotis con — lotis
parantur. Solent enim oves post tonsionem